

134. Chrysol.

Quintō D. Chrysológus serm. 157. Ubi aqua ait, mutavit naturam, mox patfecit autboem, & elementorum creator mutatione revelatus est creatura. Potentia creatoris maximè respicendū in creatione rerum, & tamen S. Pater asserit, quòd in mutatione creaturæ, quâ hic nempe præfiguratur, quando scilicet peccator ex insipientia, ac frigiditate peccati ad charitatis calorem fervoremque convertitur; hæc enim conversio Dei potentiam maximè demonstrat; ejusque efficaciam exaltat, dum depravatos hominum mores in melius mutat, atque convertit. Ita fatur D. Ambrosius serm. 2. D. Epiphani. Nam si mirabile est, quæ defecerant conviviis vina supplere, quanto est mirabilius vitam, quæ est exhausta, hominibus reparasse, Et si gloriosum est, aquam in vinum mutare, quanto est gloriosius, peccata in justitiam commutare, & mores potius temperare, quam pocula.

Converso Peccatoris miraculum magnum.

Ambros.

135. Isai. 4.

Describens Isaias Propheta statum felicissimum in adventu Christi, cap. 4. num. 2. ait: In die illa erit germen Domini in magnificencia, & gloria, & fructus terra sublimis, & exultatio his, qui salvati fuerint de Israël: & erit omnis, qui relictus fuerit in Sion: & residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur. Et postea subdit Propheta: Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion nubem per diem, & fumum splendens ignis flammantis in nocte. Duo enarrat Propheta, conversionem Israël ad fidem, ac mutationem ex erroribus ad veritatis viam, & nunc ait: Erit germen Domini in magnificencia, & gloria, seu, ut legunt Divus Basil. D. Cyrill. Alexan. splendescet Dominus. Postea autem explicantur mirabilia, quæ fient à Domino in suorum protectionem, ac defensionem; & tunc dicitur, quòd sicut quando populus erat in deserto creavit Dominus nubem per diem, & splendorem in nocte. Cur quando de susceptione fidei est sermo, cum tanta exaggeratione loquitur Propheta: Splendescet in magnificencia, & gloria erit fructus sublimis; quando verò de mirabilibus editis agitur, simplici utitur verbo creabit: Absque dubio multo magis ostendatur Dei potentia, dum homines trahit ad fidem eorumque errores reprimit, ut in via salutis incedant, quam dum nubem in die, lunam, splendorem in nocte, aliâque in elementis operatur mirabilia. Et ideo dum de conversione est sermo, gloria Dei cum alto ejus consilio proponitur. D. Basiliius: Cum affuisset Deus in Concilio sancti vocabuntur, & conscribentur ad vitam in Jerusalem. Dum Regius Vates de Orbis creatione agit Psalm. 8. num. 4. ait, Videbo caelos, opera digitorum tuorum; dum verò idem Propheta tractat de modo, quo Deus mirabiliter nos retrahit à lapsu, à peccatisque revocat ut explicat Lorinus cum aliis, ait Psalm. 117. num. 13. Impulsus everfus sum, ut caderem & Dominus suscepit me. Et tandem ibidem, num. 16. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem. Sed cur ad totius orbis creationem Dei digiti tantum commemorantur; ut autem homo perfectionem ex infirmitate obtineat, de subjectioneque gloriam assequatur, triplicata Dei dextera ponitur; Multo mirabilius, excellentiusque Dei est opus, ex nostra infirmitate, ac debilitate hominem sublevare ad vitam, quam totam ex nihilo creare machinam. Lorinus ad citatum locum. Trina repetio dextera innuit

Basil. Cyrill.

Basil.

Psalm. 8.

Lorin. Psalm. 17.

Lorin.

efficit totidem Omnipotentis misericordia Dei ergo hominem, cui peccata condonat, quem divina simulatione, & beatitudinis jure exultat. Eadem est sententia Augustini, aliorumque Patrum: hominis enim conversio totius Dei omnipotentia est opus, & magnam habet super cetera miracula, ob nostræ libertatis repugnantiam, difficultatem, ut explicat Chrysolomus homil. 3. in Epist. ad Ephesios.

Chrysol.

QUÆSTIO XXXIV.

Quomodo qui antea Christi discipuli erant, modo in eum credidisse dicantur?

Difficultas est, quia dicitur in textu Crederunt in eum discipuli ejus; si erant discipuli, jam antea credebant, nec enim præsumendum est, eos hominem ignotum, ac pauperem secutos fuisse. Respondet D. August. lib. 2. de consens. Evangel. c. 17. dici discipulos per anticipationem; qui enim futuri erant discipuli, tales vocantur, antequam sint. At hæc responsio mihi est difficilis, nam noster Joannes ait in initio hujus Evangelij, Vocatus est Jesus & discipuli ejus, ergo insinuat, jam ante convivium fuisse discipulos. Et nos ibi diximus cum communi sententia, quod discipuli vocati sunt, quia ex schola Christi erant. Secundo Toletus annot. 16. tenet, discipulos hoc tempore non credidisse, Christum esse Deum, sed firmius credidisse Messiam esse. Hæc etiam opinio non placet, quia sancti Patres communiter hic aliquam discipulorum tribuunt divinitatis cognitionem. Deinde, quia dicitur in textu, manifestavit gloriam suam, hoc est, divinitatem, ut est omnium sententia & statim additur, Crediderunt in eum, ergo in ejus divinitatem.

136.

August.

Tolet.

Tres hac in re sunt expositiones probabiles. Prima ait, quòd discipuli ante miraculum credebant in Christum, ut in virum sanctum, & justum, post verò credebant in eum, ut in Deum. Ita D. Cyrillus lib. 1. de recta fide ad Reginas. Ante signum, ait, secuti sunt enim admirantes ut sanctum, sed propter signum convulsi sunt eum habere virtutem, ac potestatem majorem quam homines. Unde crediderunt tanquam in Deum; & Divus Ambrosius serm. 20. Similiter docent Divus Thomas hic in suo Commentario, Cajetanus. Secunda asserit, quòd discipuli ejus crediderunt in eum, non quod tunc primo crediderint; cum antea secuti fuerint Christum; sed quod tunc magis crediderunt, ac majori firmitate solidati sunt in fide. Ita Origenes in Catena Græca. Theophylactus, Haymon, Valde frequens est in Scriptura, assumi verbum credere, pro firmius, & perfectissimè credere. Credidit Abraham Deo, Genes. 15. n. 6. non quod in præcedentibus promissionibus Deo non credidisset, sed quod tunc firmissime nulla admixta mutatione crediderit.

137.

Cyrill.

Ambros. D. Thom.

Origen. Theophyl. Haymon.

Genes. 15.

138.

Vera fides exterioris manifestatur. Psalm. 115.

Tertia dicuntur discipuli credere, quia hujus credulitatis signa exhibuerunt, exterius affirmando, quod interius jamdiu credebant, vera enim fides externis testimoniis manifestatur. Credidit propter quod locutus sum. Psalm. 115. num. 1. Nota conjunctionem verborum, Quando omnimoda perfectione credidi, non subiciui, sed locutus sum

August.

sum. D. Augustinus ibi: Credidi propter quod locutus sum, hoc est perfectè credidi: non enim perfectè credunt, qui quod credunt, loqui nolum; ad ipsam enim fidem pertinet, etiam illud credere, quod dictum est, qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram Angelis Dei; Matth. 10.

Matth. 10.

QUÆSTIO I.

Quare Dominus venerit Capharnaum?



CAP. II

Ejicit Jesus vendentes e Templo.

Joannis 2. n. 12. Post hæc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.

VERSIONES.

Syracus. Ibi fuerunt paucis diebus.

EXPOSITIO.

POST manifestationem in nuptiis Cana Galilæe, descendit in Capharnaum. Erat civitas Capharnaum in egypta, in metropoli provincie Galilæe, ac etiam maritima juxta stagnum Genesareth in finibus Zabulon, & Nephthali: situ verò inferior Cana & ideo è Cana ad Capharnaum descendisse dicitur Dominus. Nomen autem è duabus est compositum dictionibus: Caphar, hoc est, villa, seu oppidum, Naum verò, secundum Rabbinos, interpretatur penitentia: secundum Rupertum, consolatio, secundum Albertum Magnum, pinguedo. Ubi enim penitentia est, ibi pinguedo, & anime consolatio. Vel aliter exponitur nomen juxta Divum Bonaventuram, Hugonem Capharnaum, id est ager benedictionis; juxta verò D. Thomam, idem valet, ac villa pulcherrima. Et bene quidem, quia ubi est Domini benedictio, ibi est nostra pulchritudo. Seu quia ad locum, in quem Dominus descendit, ad nos hæc omnia veniunt, penitentia, consolatio, pinguedo, benedictio, ac pulchritudo. Duplex fuit in Capharnaum descensus Domini, ut notant D. Thomas, & alij. Unus de quo hic est mentio, ante Joannis carcerem, & ante multa miracula facta. Alter descensus in Capharnaum factus est post Joannis incarcerationem, ac magna signa edita de quo est sermo Matth. 4. num. 13. Luc. 3. num. 31. Qui autem essent fratres & discipuli Domini, dixi superiori cap. q. 9. Et non manserunt ibi multis diebus; propter solemnitatem Paschalem.

D. Thom.

Ratio à priori, est divina voluntas, cujus motivum nobis est omnino occultum. Aliquas autem hujus rei rationes conjecturemus. Respondet primò Divus Chrysolomus homil. 22. Cum paulo post, ait, esset Christus Hierosolymam ascensus, ante Capharnaum petiit, ne quoscumque fratres secum, & matrem haberet. Similiter Theophylactus, Euthymius, D. Bonaventura. Ac si dicant, Christus honorans, ac venerans matrem, & fratres, descendit in Capharnaum, ut ibi manerent, ne per multa circumferendo loca fatigaretur. Tamen si hæc esset ratio, vel Christus Dominus rediisset in patriam suam Nazareth, ubi Virgo propriam domum habebat; vel mansisset in Cana Galilæe apud amicos, & cognatos, quos præclaro decoravit miraculo.

Chrysol.

Theophyl. Euthym. Bonavent.

Parentes honorandi.

Secundò Rupert. lib. 3. in Joan. ad spiritualem sensum confegit. Postquam vinum, ait, de aqua factum est, Dominus Capharnaum descendit, scilicet in villam consolationis. Quia postquam resurgendo à mortuis mortalitatis nostræ aquam in immortalitatis suæ vinum transfudit, & davo spiritu sancto aquaticum literæ sensum ad spiritualem promovit intellectum, relictis Judæis ad consolandas Gentes transiit. Capharnaum civitas erat Galilæe Gentium facta miraculo, in quo præfigurabatur quodammodo immortalitatem translata nostra mortalitas, aqua ignorantie nostræ in divinam sapientiam mutata; derelictis Judæis ad consolandas Gentes se convertit, ad quas traheudas ad se multis venit donis plenus.

Rupert.

Christus venit ad nos multis donis

Tertiò. Sic liceat in re tam occulta conjecturare, ac ratiocinari. Peracto nuptiarum miraculo in Capharnaum, tanquam præcipuam totius Galilæe regni civitatem, Christus descendit, ut se Capharnaum ibi per prædicationem manifestaret, aquæ miracula: jam enim mundo se palam exhibere incipiebat. Ac proinde non est credendum, quod ibi fuerit absque aliquo opere miraculoso, et si ab Evangelista non enarraretur, nec enim omnia ejus facta scripta sunt; ut ait Joan. cap. ultimo: Quod autem cum matre & fratribus Capharnaum venerit, id in causa fuit, quod quot annis ad festum Paschale celebrandum cum eis Hierosolymam ascendebat; & ideo paucis diebus ibi commoratus est; ac proinde cum ex Cana Dominus in Jerusalem pergeret cum matre, per Capharnaum transire voluit: postea vero ex Jerusalem venit Nazareth cum matre, & fratribus; Matth. 13. num. 54.

4. Vera ratio descensus in Capharnaum.

Quarto. Non descendit Dominus in Jerusalem, sed in Capharnaum, ne suum Baptistam adhuc prædicantem ab incepto cursu, officio impedire videretur; Deus enim non solet functiones ministri fidelis, cui aliquod munus commisit, interpellare. Et ut in eodem Baptista persistam; ait Matth. 4. num. 12. Cum autem audisset Jesus, quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam. Et statim subdit num. 17. Exinde cepit Jesus predicare, & dicere. Sed cur Christus non intonat sermone, dum Joannes ore clamat, sed postquam ipse ligatus est carcere, tunc prædicare incipit.

5. Fidelis minister in officio suo impedendus non est.

Matth. 4.



Joan. 1. Luc. 3.

capit? Joannes missus est a Deo, ut omnes crederent per illum, Joan. 1. n. 6. Venit in omnem regionem Jordanis predicans baptismum poenitentiae, Luc. 3. num. 3. Quoad divinos Praeceptorum praedicat, noluit Christus radios suae caelestis doctrinae spargere, ne Joannem ab officio sibi commissio dejecto, illiusque visibus se imitari videretur. D. Paschasius lib. 3. in Matth. Max. ait, ut Joannes carcere retrudatur, Christus in mundo virtutibus predicatur: vox ergo ut caput desideret, verbum, quod erat substantiale omnibus ad intelligentiam sine strepitu vocis intus in animo manens, cepit clarescere, & semetipsum per se plenius explanare. Joannes quidem expleto vocis officio desit ulterius in mundo audiri: Christus vero Verbum tenacius permanere. Expende illa verba: vox ut cepit desideret, Verbum cepit clarescere. Joannes in munere sibi commissio non impeditur, sed ubi primum ipse finem imposuit, Christus suam initiavit praedicationem. Vide superiori cap. num. 118.

D. Paschas.

QUESTIO II.

Utrum B. Virgo secuta fuerit Christum per diversa loca praedicationis causa ambulantiem?

6.

Quart.

Gerfon.

Metaphrast.

7.

Novatus.

Damian.

August.

8.

Quaestio haec a paucis attingitur, & sensus illius est, utrum B. Virgo semper comitata fuerit Christum, dum ad diversa loca se conferebat praedicationis causa: Affirmativam sententiam docent Guarricus, Divi Bernardi discipulus. sermone 4. de Assumpt. Virg. ubi sic ait. Cum Evangelizans circumiret Iesus civitates, & castella, Maria comes individua vestigiis ejus adhaerebat, pendebatque ex ore dicentis, ut nec procella persecutionis, nec horrore supplicii, a consecratum filii, & magistri, potuerit absterri. Gerfon super Magnificat, part. 1. Quando cessit ipsa in custodiam peculiarem filii sui sequens eum quocumque iret, praesens in omnibus, quae faceret, & doceret. Idem docet Metaphrastes orat. de Deipara, Eam, inquit, fuisse perpetuo versatam cum filio, & ei semper assedisse, & nec in tempore quidem rerum diversarum nec in passione fuisse ab eo separatam.

Hanc sententiam tenet Joannes Baptista Novatus tom. 1. de eminentia Virg. cap. 17. quast. 6. & eam multis confirmat. Primum, quia Virgo electa est ad cooperandum humanae reparationi, ut docet Petrus Damianus serm. 1. de Annunt. sed Christus mundum restauravit per praedicationem: ergo ut huic restorationi esset cooperatrix, debuit esse socia itinerum Christi praedicantis. Secundum, Virgo destinata est, ut esset illuminatrix Apostolorum, ut dixi tom. 1. ergo ut hoc magisterium pro dignitate posset exercere, conveniens erat, ut verba Christi praedicantis exciperet, & suis communicaret. Tertium Perfectus amicus amicum in labore, & periculo deserere non debet: ergo Virgo Christi fidelissima amica semper cum concomitata est. Et ita de ea ait D. Aug. serm. 18. de tempore, quod facta est comes, & socia individua laborum, dolorum, infirmitatis, ac mortis Christi.

Dicendum tamen est, B. Virginem, ordinariè

loquendo, non fuisse sectatricem Christi, dum ad diversa loca praedicationis causa transibat. Hanc conclusionem tradunt Divus Chrysolostomus, Theophylactus, Euthymius; Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonaventura hic, dum inquit, ut verbis utar Theophylacti, quod Christus descendit Capharnaum, non aliter usus gratia, quam ut matrem suam illic residere faceret, ne illam ubique post se traheret. Nec enim conveniens erat, ut ait Albertus Magnus, quod Virgo sacratissima, valde aliena ab hominum conversatione per varia loca, diversimoda itinera, deserta, longinquas civitates, Tyrum, Sidonem, Naïn, &c. ac etiam mare transiret, cum ad hoc nulla urgens necessitas daretur. Secundum, ut patet ex Matth. 12. num. 46. loquente Christo ad turbas, Ecce mater ejus, & fratres stabant foris, quarentes loqui ei. Causam autem, cur ad eum veniunt, rectè explicat ibi ex Chrysolost. Abulensis quæst. 104. Ex hoc inquit, manifestum fit, quod non semper cum eo erant fratres ejus, & mater; quia verò dilectus erat, ad eum propter reverentiam, & affectum veniunt. Quod clarissimè explicat D. Lucas cap. 8. Nunciatum est illi: Ecce mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te videre. Quod, ut expendit Titus apud Abulensem, propter absentiam ejus videre eum desiderabant, nec enim aliud motivum congruum assignari potest. Tertium, cum Christus Dominus esset in patria sua Nazareth, dixerunt illius civitates: Nonne hic est filius fabri? Nonne mater ejus dicitur Maria, & frater ejus Jacobus, & Ioseph? Nonne omnes apud nos sunt? Matth. 13. n. 55. hoc est, apud nos habitant ut explicat ibi Theophylactus & alij. Ergo virgo non concomitabatur Christum per omnia loca, sed habebat firmum domicilium in patria sua. Dixi in conclusione ordinariè, quia aliquando B. Virgo Christum comitabatur; ut in solemnitate Paschali ad templum Hierosolymitanum.

Nec argumenta contraria sunt alicujus momenti. Ad primum, Virgo, extitit redemptionis nostrae cooperatrix, assistit enim in multis vitæ Christi mysteriis, non tamen in omnibus, sicut non affuit, quando comprehensus, flagellatus, spinisque coronatus est. Ad secundum, Virgo à Deo constituta Apostolorum illuminatrix, ob magnam in ipsa communicatam caelestium donorum exuberantiam. Ad tertium, Quamvis Virgo intime Christum diligeret, cum ipso tamen non semper erat, & aliquando ab eo erat separata, etiam cum eo spiritualiter esset unita. Locus autem Augustini solum probat, quod Virgo socia, ac comes Christi fuerit in laboribus, ac infirmitatibus, non tamen in omnibus.

Ioannis 2. n. 13. Propè erat Pascha Judæorum, & ascendit Iesus Ierofoly mam.

VERSIONES.

Aliqui ex Græco, In propinquo erat Pascha.

Vatablus. Instabat autem Pascha.

EXPO

Virgo non sequatur Christum praedicantem per diversa loca. Chrysolost. Theophyl. Euthym. Alb. Magn. D. Thom. Bonavent.

Matth. 12.

Abulens.

Luc.

Titus.

Matth. 13.

Theoph.

9.

EXPOSITIO.

EXPOSITIO.

10.

APRONIT Joannes causam, cur Christus Dominus paucis diebus commoratus sit apud Capharnaum, quia scilicet propè ac in proximo erat Pascha Judæorum. Ter in anno, ut patet Exod. 23. n. 14. & Deuter. 16. n. 16. conveniebant Judæi Hierosolymam, ut adorarent, ac sacrificarent in templo, nimirum in festivitatem Paschæ, Pentecostes & Tabernaculorum, omnium tamen præcipuum erat Pascha: celebrabatur in memoriam liberationis ex Aegypto, & immolabatur paschalis agnus, sacrae Eucharistiae typus. Ascendit ergo Iesus Hierosolymam, (quæ venientibus à Capharnaum erat in eminentiori loco) ut quamvis ipse legi non esset subiectus, eam tamen volens impleat. Deinde ut in urbe, quæ totius regni caput erat, quando ad eam Judæi ex omni loco confluebant, multis miraculis divinitatem suam patefaceret, ac declararet, ut ita à salutarifero fonte omnes vitam haurirent, ejusque fama per omnes divulgaretur. Et notandum, quod quando Christus descenderit cum discipulis suis: at verò quando ascendit Hierosolymam; solum de Jesu fit expressa mentio, quamvis enim discipuli comitati fuerint; nam de eis statim dicitur: Recordati sunt discipuli, quia scriptum est, Zelus domus tua, &c. Quod dubium ponit, & solvit Origenes tom. 10. in Joan. Fortasse, ait, in singulis discipulis erat Iesus Hierosolymam ascendens quocirca non dictum est: Ascendit Iesus Hierosolymam, & discipuli ejus; quemadmodum ascendit Capharnaum ipse; & mater ejus, & fratres, & discipuli ejus; exprimitur discipuli in descensu, non verò in ascensu, quia in singulis erat Iesus ascendens, nemo enim ascendit nisi cum Jesu. Dicitur autem Pascha Judæorum, quia tempore, quo Joannes scripsit hæc, jam Christianorum Pascha introductum erat; ac proinde ad illius differentiam dixit Judæorum Pascha, ut illi quibus Joannes scribebat, rem planè intelligerent.

Origen. Omnes ascendunt per Jesum.

IOANNES 2. n. 14. Et invenit in templo vendentes boves, & oves, & numularios & sedentes.

VERSIONES.

Vatablus. Et reperit in templo eos, qui vendebant boves, & oves, & mensarios sedentes.

Syracus. Et trapezitas sedentes. Græcus. Ac collybistas, seu eos, qui permutando pecuniam quæstum faciunt, seu permutatores pecuniarum.

VB i Christus ascendit Jerusalem, statim venit in templum: Quia, ut ait Albertus Magnus, sicut bonus prælatus per visitationem propriam inquisivit, & non dissimulavit, & in hoc formam visitationis dedit. Psalm. 58. num. 6. Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Per templum autem non intelligas interiorem locum, sed atrium omnibus laicis commune. Videntes; hoc procurarunt Sacerdotes, ut notant Rupertus, Albertus Magnus, S. Thomas; ne quis à sacrificiis excusaretur, cum in atrio templi animalia immolanda venderentur: hoc autem, non ob Dei honorem, sed ob quæstum suum fecerunt. Ezech. 44. num. 8. Possistis custodes observationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis; hoc est, ad utilitatem vestram, ut communiter ibi explicant expositores. Jerem. 6. num. 13. A minore usque ad majorem omnes avaritia student. Qui enim è propinquo erant, ut notat D. Thomas, secum ad sacrificia adducebant animalia: qui autem è longinquo, ea in templo emebant, ut dicam. Et ideo D. Hieronymus in cap. 21. in Matth. loquens de secunda ejectione, ait: Quod cogitaverunt Sacerdotes, quomodo pradam de populo facerent. Et omnia animalia, quibus opus erat ad sacrificia, emebant, ut venderent non habentibus, & ipsi rursus emptia susciperent. Imò ait Abulensis citato cap. 1. Matth. 9. 66. & 67. quod sacerdotes loca in templo locabant istis vendentibus, & numulariis; & ab eis accipiebant lucrum; nam vendentes in templo carius vendebant, quam alibi; eo quod excusaretur labor quærendi illa animalia, & ob hujusmodi stipendia templum profanabant Sacerdotes, Ezech. 13. n. 19. Violabam me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis.

Alber. Mag. Bonus Prælatus visitat sua.

Psalm. 58.

Rupert. Alb. Mag. S. Thom.

Ezech. 44.

Jerem.

D. Thom. Hieron.

Abulens.

Execchi. 13.

122

Et vendebant boves, qui destinati erant ad magna sacrificia, oves, ad minora; columbas, quæ ad pauperum sacrificia pertinebant. Et numularios; sedentes, hoc est, permutatores pecuniarum; vox enim Græca significat quædam æris minutias, & hujusmodi erant in templo, ut parata omnia ad emendum venientes haberent. Sedentes; exaggeratur eorum nequitia, quia sedentes in peccatis suis persistebant.

QUESTIO III.

An sit una eademque ejectio quam Joannes hic, ac Mattheus narrant?

Postquam Dominus sanctam civitatem in die Palmaram introivit, ingressus est templum ab eoque ejecit vendentes, & ementes, Matth. 21. num. decimo secundo, Marc. 11. num. decimo quinto, Luc. 19. num. 46. Et unam eandemque esse hanc ejectionem cum ea, quam ejectiones Joannes hic narrat sine fundamento aliqui autumarunt; ac proinde duas esse distinctas dicendum est. Ita D. Chrysolost. homil. 22. Theophylactus, D. Thomas, Bonaventura hic Abulensis in Abulens. cap.

13.

Matth. 21.

Marc. 11.

Luc. 19.

Due sunt ejectiones.

Chrysolost.

Theoph.

D. Thom.

Bonavent.

Abulens. cap.